

/ Serenissime Rex, Domine Clementissime. Mitto ad Majestatem Vestram librum de Officio Principis Christiani, quem hoc ipso anno scripsi, et Filio Majestatis Vestrae dignissimo dicandum esse censui: et ille quidem ex Epistola dedicatoria in ipso libro excusa
5 facile intelliget, quid me potissimum impulerit, ut ejus nomini laborem hunc meum nuncuparem. Sed Majestati Vestrae hoc praeterea indicandum esse censui, me ad hoc munusculum tanto Principi offerendum adductum fuisse, ut extaret, ad memoriam posteritatis sempiternam, et significatio singularis observantiae meae, et to-
10 tius Societatis Jesu, cujus ego Filius sum, erga Regiam, et potentissimam Majestatem vestram, et Serenissimam, ac piissimam Familiam ejus, cui a Deo precor felicitatem perpetuam. Romae die 26. Febr. 1619.

Epist.famil. CLVII.